

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinu

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0092

LOG Titel: De Gyrfalcone. Cap. III.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

DE GYRFALCONE. Cap. III.



NIMI, corporisque magnitudine proximus Falconi sacro, merito Gyrfalco æstimandus est. Hic enim non minus, quam ille cæteris Auibz terrorem, vel solo etiam conspectu incutere dicitur, & Aquilam quoque audere adorari. Vnde fortasse factum, ut nomen Herodius, quod alij Aquilarum principidant huic quoq. datum à nonnullis sit. Verùm cum omnium testimonia Aquila sit minor, & reuera omni ex parte Falconis naturam referat, nempe colore, actis, voce, figura denique, iatque Falconi sacro hoc ipso cedere cum æquum est, quem Aquilæ, quam Falconi similiorem antea diximus.

*Herodius
cur Gyrfal
cus dicitur*

SYNONIMA.

Nobilis huiusce Falconis nomenclaturam alij aliter proferunt, scribuntq. Nobis cum maiori tam scriptorum, quam gentium parte Gyrfalconem appellare visum est. Peregrinũ enim hoc avis huius nomen, nempe Teutonice putamus, & cuius rationem frustra è Græco, aut Latino sermone petas, quod pleraq. nationes, tanquam cõe usurpant. Etenim si Hierofalcum dixeris, quod nomen Falconi sacro competit, amphibologiam induces. Video tamen hoc Ornithologo placere, qui Hierofalcum ceu Græcæ originis vocem, quasi sacrum Falconem dicas, cum à Paulo Iouio scribere mœuult, quod nomen magnitudinẽ, & vires mereri dicit, non minus, quam antecedentẽ, quem sacrum Latine nominamus. Sed & alia ratione Hierofalcum fortẽ vocatum suspicatur. f. Herodius, id est, Ardeas, capiat. Vnde fortasse etiam Herodium cum vocasse recentiores existimant, cum Herodius tamẽ (vel potius Erodus sine aspiratione) non Falconem Ardearum venatorem, sed Ardeam ipsam significet. Ego potius ob similitudinem, quam cum Aquila Regia, seu Chrysaeto gerit, quem Albertum secuti barbari, Herodium, tanquam Auium heroem, ut ipse somniat, vocant, ab non admodũ Latinis hominibus nuncupatum putauerim primum, quorum vocibus etiam posteri linguæ politoris vti coacti sunt, si intelligi voluerint, melioribus destituti. Ita Iouius Herodium Falconum genus nominat, quod tamen apertẽ ab Hierofalcone separat. Qua de causa, incertum, nisi quod simile vero est, Falconis nomine, quod quibusdam nationibus valdẽ generale est, omnemque ferẽ auem rapacem, cuius in venatu vsus est, significat, etiam Aquilam principem comprehendit. Alioquin tanquam Auium historiæ non admodum peritus nomen quorundam, non exactam omnino rectionem habuisse putandus est. Verba eius in capite de loco ponemus. Hæc igitur posteriori ratione alij Hierofalcum, alij Hierofalconem scribunt. Priores verò, quos sequimur nos, quidam Gyrfalcum nobiscum, quidam verò, inter quos Albertus, & Volateranus, tanquam si Latine esset originis, Gyrofalcum dictum putant, nempe à gyro, & circuito, quo inter volandum vititur prædam circumagat. Ornithologus inter cæteras coniecturas Gyrofalconem, quasi Agyrofalconem fortasse dictum putat, deriuatione nominis Italica, etsi Italus ipse non sit, eadem nempe ratione, qua Hierofalco ab Herodijs, id est, Ardeis capiendis dictus videri possit. Itali enim Ardeam Agironem vocant. Atqui Paulus Iouius Hierofalcus Ardearum hostes speciatim cognominat. Sunt qui Gyrfalcum dicant, ut Paulus Venetus, fortasse quod ei cum Gryphe rapacitas, audacia, & robur penẽ sint paria. Nobis verò Gyrfalco nomen præ cæteris arridet. Hoc enim plerisque vsos videmus, aut alijs, etsi non nihil variantibus, ab his saltem sine dubio detortis vocibus, cuiusmodi sunt Gyrofalco, Gyrfalco, quæ omnes ab hac dictione, Gyrfalco, deriuantur, cuius à Germanis petita est origo. His enim præsertim inferioribus, gir, siue gier, audium, rapacem, voracem uẽ designat. Vnde Vulturem inter Aues immanissimæ voracitatis volucrum, Voghel gier, id est auem auarã, rapacem, & edacem nuncupant. Hunc verò Falconem, aut quod instar Vulturis magnus sit (qua de causa, & alio nomine ipsi Grofferfalck, id est, Falco magnus dicitur) aut quod ob eam, quam passim in omnes Aues exercet sagritiam, auari, & rapacis nomen, non minus, quam ille mereri videretur. Non absimili ratione isdem Gerfalck quoque (Eorum. n. idiomate Ger, appeto, concupisco, seu etiam congreco, corradouẽ) significat. A Germanis suum vocabulum Itali Gyrfalco, & Galli suum Gerfault mutuati, vel hoc nomine dici possunt, quod horum nominum etymologia apud eos solos explicari possit. Moscoviitẽ hos Falcones, si modo isdem sunt) Kretzet vocant. Poloni Byalozor. Ea sanẽ quam adduxi Gallicis nominis ratio plus verisimilitudinis in se habet, quã ea, quã Bellonius adducit. Vult Gerfault dictũ quasi Gypsifalco. Gyps Belonij er autem Græcis Vultur est, quod nimirum, inquit, inter rapaces post Aquilam facillẽ sit ferociss.

*Hierofalco
cur uis
dicitur
a in lib. de
leg. Moys
conuincit.
Cure Ero
dus dicitur.*

*Falconis
nomen omnes
Aucras
compre
hendi.*

Gyrofalco

*Agrofalco
Agirone.*

*Gyrfalco.
Gyrfalco
cur sic di
ctus.*

*Gir, aus
Gier quid.
Groffer
falck.*

*Gerfalck.
Kretzet.*

*Byalozor.
L. 2. c. 6*

*Belonij er
ror.*

finus, adeo se harum vocum allusione captum, & similitudine deceptum penè affirmans, vt 10
 Girfalcum Gypaeton statutus fuisset, nisi huius ignauia obtulisset, quò minus eius nomen, ita
 generosæ indolis aui accommodari posset. Ad hæc maior similitudo inter has duas dictiones
Falcon. Gerfaut, & Gerfalc auribus percipitur, præsertim cùm Galli Falcum, Faulcon, dicant. Acce-
 dit vocum huic consonantiæ naturæ, & indolis concordia, quæ magna est Vulturis, & Girfal-
Gyr ci, Gypaeti verò, & Girfalci nulla. Quamuis, vt diximus, sua sibi per se Girfalcus stat nominis
 ratio, etsi ad Vulturem, quem Gyr Germani vocant, minimè referatur. In eo verò magis pec-
 cat Bellonius, quòd hunc Gallorum Gerfaut, seu Girfalcum Aquilam Anatariam faciat.

F O R M A.

*Li. 23.
c. 6.*

*Girfalci
notis de-
scriptio.*

*Vertex.
Rostrum.
Oculi.*

*Ala.
Pectus.
Cauda.
Tibia.
Pedes.*

GYRFALCUS, inquit *Albertus*, figura, colore, & actu, idest, moribus, & voce, omnino na- 20
 turam Falconis refert, maior Asture, minor Aquila. Belisarius hosce, vt inuentu ra-
 tiores, ita cæteris Accipitribus aspectu pulchriores esse scribit. Nam præter spe-
 ciosam corporis formam, eo standi modo, inquit, erecti manent, eaque membrorum cõpositio-
 ne, i. habitu, ac gestu, hominum oculos ita delectant, vt quandam aucupandi maiestatem præse-
 ferant. Idem *Albertus* testatur, quem inquit; Solet autè præ cæteris Falconibus erectus, & pennis
 benè compositis stare. Quam verò nos hic damus Girfalcum ad viuum, & verum exēplar
 illius, quem olim in aula Sereniss. Ferrariæ Ducis Alphonfi vidimus, primum nativis suis colo-
 ribus depingi, deinde exculpendū in tabula lignea delineari exactè curauimus, idq; primum
 eo situ, quò dorsum spectatori obcurrere, atque intorto collo in tergum respicere videtur.
 Sed quoniam hæc icon verum, & nativum eius positum, quo erectus in pedes, decora admo-
 dum statuta, habitu, corporis pulchrè cõposito, præ cæteris pecticæ, cõtouè aut Accipitrii
 pugno insistere ab omnibus perhibetur, minus exactè exprimit, idèò alteram diuerso gestu, &
 penicillo, & celtæ stylo effingi volumus. Noster enim potissimus scopus est, eas rerū naturæ
 imagines ob oculos spectatoribus ponere, quæ doceant potius, quàm delectent. Huius igitur
 Girfalci talis erat figura: Vertex ei erat complanatus, ac fessilis colore cinereo. Rostrum cras-
 sum, validum, breue, cæruleum, vnicò modico, sed acutissimo, ac robusto, subcæruleo, deorsum
 incurvatum. In oculis nigerrima pupilla, iris cærulea, cæruleo quoque circulo ambiente con-
 spiciebatur. Dorsum, alæ, venter, cauda, alba erant, verum tergi, alarumq; plumæ penè singulæ
 nigra macula notatæ, quæ cordis quodammodò figuram æmulabatur, insitit oculorum in cau-
 da Pauonis. Alarum remiges, propè extremum apicem nota maiori, ac longiori nigra ornan-
 tur, quæ tamen margine, seu limbo albo clauditur. Alæ admodum longæ, adeò vt parū abes-
 set, quin ad extremam vsque caudam pertingerent. Gula, pectus, & venter pura tangebantur
 albedine, nullis maculis resperfa. Cauda non admodum lōga, immò respectu sui corporis, nec
 non cæterorum Falconū breuiuscula potius, quòd èt *Albertus* notauit, notis nigris trāfuerim 40
 variegata. Tibiæ, & pedes colore cæruleo diluto. Tibiæ crassæ, robustæ. Pedum digiti oblōgi,
 validi, latè expansi, tabellarum continua serie per totum intecti. Iconè sequens pagina dabit.

Hanc descriptionē probè per omnia conuenire video cum his, quæ ab alijs authoribus spar-
 sim traduntur, de hoc ipso Girfalcone, nē ab Alberto, Belisario, Tardiū, Carcano, Bellonio.
 Cùm autem nullus horum, immò ne omnes quidem simul perfectam eius descriptionem dede-
 rint, hæc instar omnium esto. Vnum discrepare inuenio, sed obsecuri nominis scriptorem a no-
 num, auctorem libri de rerum natura. Hic enim in hæc verba scribit. Girfalcus siue Hero-
 dius aui inter omnes nobilissima est, parui corporis, respectu alarum eius: colore cæruleo, ma-
 xima tamen sui parte corporis ad albedinem declinans, præterquam in pectore, & alis, vbi cæ-
 lestem colorem evidentiùs omittatur. Hæc ille. Verum genuino Girfalconi nihil præter rostrū,
 cruraq;, & pedes cæruleum esse omnes vno ore testantur, neque interea, quæ ex nonnullorum 50
 sententia Girfalci genera posiri sumus unquam, vel nomine tenus cæruleum legere, aut in-
 uenire potui. Vnum tantum Falconem mihi videre olim contigit, qui quodammodo ad cæru-
 leum accedere dici possit. Sed reuera leucophæus potius est, quo etiam me nomine tum fuit
 donatus, ita tamen vt ad cyaneum nonnihil vergat. Verum hic tota forma, ac habitu tantum
 à Girfalcone distat, quantum Aquila ab Vlula, vt ei eius historia suo loco manifestum euadet.
 Interim tanta huius apud me non est autoritas, vt mihi negotium facessere, aut rem claram
 conuertere debeat. Scaliger illū Gryfalconem, quem vnicum apud Carolū Sabaudiz Prin-
 cipem sibi visum refert, à Falcone, quem Peregrinum vocant, nihilo nisi magnitudine, distu-
 lisse scribit. Et Bellonius Girfalcum vulgaribus Falconibus seculo maiorem esse asserit.



Girfalconum (si Francisco Carcano huius artis alioquin peritissimo credimus) diuersa etiam aliquot reperiuntur genera. plumarum colore distincta. Alios enim flauos, quosdam rubeos, fuscos nonnullos esse asserit. Albos sibi visos vnquam negat, & num reperiuntur, subdubitat, cum tamen præter eum, quem nos modò calamo delineauimus, saltem plurima sui parte albicantem, ac nihil præter maculas exiguas nigri habentem, Sigismundus Baro ab Herberstein, Matthias à Michavv, Belisarius Paulus Iouius, apud Septentrionales præsertim populos, albos Girfalcones reperiiri vno ore affirmant. Et Fridericus Imperator non dari tantum Girfalcones albos, sed cæteris etiam præferendos esse asserit, Quoniam pulchrior, res rarioresq. sint, & à remotioribus locis, quàm alij, ad nos perferantur. Sunt item eodem teste, alij cinerei, alij subalbi, maximè verò in pectore; alij ex albo, & cinereo permixti. Qui albi sunt in pectore, etiam magis albicant, & primo anno dorsum partim albicat, partim subruffum est, vel subrubeum; Vbi verò mutati sunt, color ille subruffus, & subrubeus in nigredinem permutatur. Albi verò candidiores splendidioresq. euadunt. Alborum etiam Girfalconum rostrum magis, quàm in cæteris Girfalconibus ad albedinem tendit. Cinerei sive incani, quos griseos Galli vocant, antequam mutati sint colore differunt; nam alij fusci sunt, seu subnigri; alij subrubei, & hi duobus modis. Quidam enim maculis insigniuntur, alij minimè. Qui maculati sunt, ijs dorsum & cauda veluti guttulis quibusdam conspergitur; sed in vno quàm in altero magis. Qui maculis carent, ij egregiè cinerei euadunt. Qui inter album, & cinereum medijs sunt, horum alij magis ad album, alij ad cinereum colorem magis inclinant.

*Girfalconum penes colores distinctiua va-
riæ.*

Girfalcones maculis carèntes qui,

PROBATIO, DELECTVS.

30

Quoniam (inquit Belisarius) satis constat ex pennarum coloribus Accipitrum animos dignosci, solum ac lucidum, auroque simillimum cæteris præferendum esse dicimus, utpotè audacem, facilem, mitem, placidum. Deinde illum, qui ad albedinem tendit, ita quàm fortem, & robustum &c. Quod ad reliquam formam attinet, sint Hierofalcones rostro adunco, eo tamen nò minus magno. Neq. enim in vniuerso genere rostri nimia magnitudo vnquà laudabilis fuit. Nam ad reliqui corporis proportionem malè respondet, & uersimile est nimia nec utili humorum abundantia, rostra & unguis crescere, & augeri. Quamobrè Accipitres huiusmodi, tanquam nimis humoribus repleti, minus leues reputabuntur. Sint præterea ungues ualidis, posterioribus maximè. (Hæc notà etiam Albertus Girfalco attribuit planis cruribus, nodosis, nec longis (credo legendum, non nodosis. Nam alioquin planum, & nodosum sibi mutuò repugnant, & Albertus quoque non nodosa uult esse) Cauda ad sui corporis formam decenti. Alarum uerò summitates ita sint fortes, ut faciliè iudicari, & animaduerti inde possit, in uolatu eos quàm diutissimè perseuerare posse. Et Fridericus Imperator bonam membrorum Girfalconis formam atque proportionem hanc esse memorat. Superior, inquit, capitis pars non sursum in tumorem attollatur, sed ubiq. æquale sit: Sinciput amplum, & spatiosum. Anterior capitis pars, illa nempe, quæ supra oculos est, etiam sit ampla, supercilia eminentia, oculi concaui, nares insigni foramine patulæ, rostrum crassum, curuum, atque durum. Collum, quò caput spectet, gracile, quò spatulas, crassum. Corpus vniiformiter descendat, & subtilius & acutius ad caudam vsque euadat, eamq. formam seruet, quàm Geometræ pyramidalem vocant. Alas habeat ad dorsum eleuatas, non autem dependentes, sed ita complicatas, ut vna propè caudam alteri supponatur, & in modum crucis sese ambæ interfecent. Pennæ alarum maiores, tam quæ alias cooperiunt, quàm quæ coopertæ sunt, hoc est, tam superiores quàm subteriores, latæ sint, & duræ. Pennæ cooperientes quanto magis alias cooperiunt, tanto laudabiliores sunt. Pennæ caudæ, cum non volat, simul sint re-collectæ, atque sub duabus superioribus, quæ cooperiores dicuntur, adunatæ. Gula ampla sit, atque profunda, post ingestum etiam multum cibum parum turgeat, & cibo plena, sit rotunda. Pectus exterius promineat, carnosumq. sit, & densum. Coxæ sint amplæ. Tibiæ curvæ, crassæ. Palma pedum crassa etiam & ampla; digiti longi, macri, asperi, squammosi, spatiosi. Ungues macri, adunghi, & acuti.

*Cauda.
Alæ.
a Lt. 2. de
Vena c. 19.
Caput.
Sinciput,
Occiput,
Oculus,
Nares,
Rostrum,
Collum,
Corpus.
Penna,*

*Coxæ.
Tibiæ,
Pedes,
Digit.
Vngues,*

LOCVS.

Scriptum reliquit Belisarius vltimam Germaniæ partem versus Septentrionē, quæ Noruegia nuncupatur, Girsalconum esse patriā. Nidificanc etiā, inquit idem in insula, quā Hirlandiam vulgò nominant, quæ adeo præ cæteris frigidissima est, vt aliorum ibi Accipitrum genera non reperiuntur. Est eadem sterilissima, altissimisque montibus, & saxis plurimis, geluq. nimio, ac frigore inhabitabilis, &c. Mercatores, qui insulam adeunt, frumenti, farinæue parū, ac vilissimas ibi merces important, quæ siccis piscibus cōmutari dicuntur. Hi quidem Hierofalcones Accipitres ad Maximilianum Imp. Germanorum deferunt. Quorū pennæ magis albæ, formaq. maiores cæteris sunt. Nā ij qui è Noruegia transportantur, non albi sunt, nec adeo magni, quamuis illos meliores putemus. In ijs tamen duabus solū mundi partibus Hierofalcones nidificare compertum. Hæc omnia Belisarius. Verūm hac in re alij quamplures ab eo dissentiunt, qui alia aliquot loca, in quibus Girsalci reperiuntur, recensent, quāuis hoc verum est, quod ea ferè polo arctico subiecta sint, aut vicina. In primis enim Paulus Venerus *Balsciam* nominat *provinciam, & quam optimos habere Herodios, & Falcones affirmat.* Idem alibi: *In mari congelato insulas quasfū Girsalcos, & Falcones producere scribit.* Itē a rursus alibi, *Girsalci* (inquit) *qui è Christianiorū terris ad Tartaros portantur, non perferuntur ad magnum Chā, qui hoc genere auiū abundat, sed perueniunt ad eos Tartaros, qui Armenis, & Cumanis confines sūt.* Paulō verò antē in eodē capite sic scribit. *A monte Albas Aquilonem versus venstur ad campē Bria regionis Burgu, quæ dierum quadraginta itinere patens, postea peruenitur ad Oceanū, vbi in montibus nidificare solent Herodij, siue Falcones peregrini, qui inde ad magni Cham curiam (aulam) perferuntur. Nec inueniuntur vlla alia aues in his montibus præter Herodios, & Cumanis confines sūt, quæ pascuntur Herodij.* Ex quibus tñ verbis postremis faciliè apparet, Herodiū ab Hierofalco diuer sum ab eo existimatū, Herodium enim & Falconem peregrinum pro iisdem habet. Præterea Girsalcos superius ad magnum Cham deportari negat, Herodios verò illuc deuehi concedit. Paulus quoque iouius simul, & alibi, quā in dictis à Belisario locis reperiri Hierofalcos, seu Girsalcos testatur, & Hierofalcum ab Herodio etiam distinguit, cū in Inguorum, Vgolicorumq. montibus nobilissimos Falcones capi, & ex ijs genus vnū esse cādidum, guttatis pennis, quod Herodium dicunt, esse præterea Hierofalcos, Ardearū hostes & peregrinos scribat. Hic enim Herodios, & Hierofalcos seorsim enumerat, sed quos Hierofalcos dicat, ignoro. Herodius sanè ille candidus guttatis pennis adamussim nostrum, quem descripsimus, Girsalcum extimere videtur. *Matthias à Michovv Canonico Cracouienfis in Sarmatiæ Asiaticæ descriptione narrat, ad se nempe in Poloniam adferri ex locis Septentrionalibus (sine dubio extremis, & penitissimis. Nā alioqui & Polonia in Septentrione est, è quibus Cardanus nominatū Turcam Scythiæ exprimit) auem rapacem, magnitudine Aquilæ, sed cauda, & alis prolixioribus, in similitudinem Accipitris, quem Moscouitæ Kiczoth, Poloni Byalozor i. albicanem splendorem vocant, quandoquidem subalba sit, ventre potissimum. Hanc nostrum esse Girsalcōē, posita ab eo signa verisimile faciūt, & Sigismundus Baro Hierofalcones eos ait esse Falcones magnitudine excellentes, quosdam Phœnicæos, quosdam albos, & Kretzet Moscouitis appellari. Ex hisce omnibus patet non in solis illis duabus regionibus, nempe Irlandia, & Noruegia, vt Belisarius vult Girsalcos gigni. Quamuis maxima ex parte eisdem illic nasci haud grauatim admitterem. Nam & ille albus nigris notis maculosus, cuius nos figuram exhibemus, è Noruegia allatus, ac Scenifis. Ferrariæ Ducimissus dicebāt. Tardius Gallus quoq. testat Girsalcum nasci in regionibus frigidis, vt Dacia, & finitima huic Noruegia, necnon Prussia, ea potissimum parte, quæ ad Russiam vergit. Capi autem plerumq. inter migrādum in Germaniam.*

Noruegia
Girsalconibus abundat.

Balscia
optimos girsalcos
gignit
Herodios, et Falcones.

a L. i. c. 61

Falco cādidus
mutatis
pennis
quis.

b Cap. 12.

Kiczoth.
Byalozor.
Cin cōmō.
rer. Moscouitar.

Kretzet.
Prussia & Russiæ Girsalconibus abundat.

MORES. INGENIVM. VENATVS.

Albertus, & Petrus Crescentiensis, alij Girsalcum auem esse fortem, ferocem, strenuam, ac mirè audacem scribunt, adeo vt inuentos afferant, qui etiam Aquilas agredinon dubitarint. Capere aues omnes quantumuis magnas, reliquisq. Falconibus, & Asturibus terrori esse, vt qui in eius aspectu agrè volent. His attestatur Sigismundus Baro, cum in hæc verba scribit: *Hiscæ auiibus, quas Kretzet Moscouitæ vocant, nos Girsalcones: Cygnos, Grues, & alias id genus aues capere solent.* Sunt autem eadem aues audacissimæ quidem, at non tam atroces, nec impetu tam horrendo, vt aliæ aues quantumuis rapaces, illarum volarū, seu conspectu quemadmodum quidam de duabus Sarmatijs fabulatus est decedant, extinguanturq. Illud quidem experientia compertum est, si quis

venat.

venatur Accipitre, aut Niso, aut alijs Falconibus, & interim Kretzet) quam à longè volantem continuò sentiunt) aduolauerit, quòd prædā vterius non prosequantur, sed pauide
 10
 subsistant. Notat autem Matthiam à Michauu Canonicum Cracouiensem, qui rapaces omnes
 nempe accipitres, Falcones, hanc aded metuere in sua Sarmatia Asiana scripserat, vt ea inspe
 cta tremant, decident, & extinguantur. Verum hyperbolico eum tropo in hac narratione
 vsum censuo. Quam etiam in Cardanum reprehendit Scaliger, cum inquit: *In Getharū, Scythia-*

a Exerc.
 231.2.

*Gretzet q
 bus infe-
 sta.*

*rumq; regionibus auis vocata Gretzet, tantarum virium, tantq; est audacia, vt ea volante, alia rapa-
 ces trepidant. Non enim vtar ambizioso verbo isto tuo, quo dicebas Aquilam exanimari.* Hoc enim
 in Michouui legerat Cardanus nimium credulus. Gruibus, & Ardeis infesta in primis auis est,
 cum naturæ sponte, tum magisterio Accipitrariorum instructa. Si enim in quinque Grues, libe
 ro, & aperto aeris campo volantes emitti contingat, non prius persequi desinere dicitur, quā
 singulas in terram deiecerit. Vidisse tempestate sua peregrinos, sacrosque Accipitres adniten
 tes Ardeas persequi, narrat Belisarius, illosq; relictis tandem Ardeis venatorum altis vocibus
 20
 reuocatos rediisse. Eritum verò deniq; ex Accipitrarij manu Hierofalconem ita citato vola-
 tu vagantem per aera in gyrum crebriori alarū percussione perspexisse vt filo sublimi tractū
 censere quis posset, derelictam ab alijs in æthere Ardeā vicisse, & cepisse. Hinc etiam fit vt de
 eius pugna nulla, aut exigua voluptas capi possit. Nam & ille quem vnicum Gryfalcum se vi-
 disse narrat Scaliger, qui Caroli erat Ducis Sabaudia volantum omne genus sine vlllo nego-
 tio deieciebat. Nec visa præda rationibus aerem superabat, sed rectā ab aucupis manu ad aue,
 quæ non vt aduersus Falconem, aut Sacrum se se comparabat ad defensionem, sed sola fuga
 salutis consulebat. Verum vt docet Sigismundus Baro, quemadmodum in alias aues aduerso im-
 petu feruntur, rapacesq; ac feroces existunt, inter se mutuò mansuetiores sunt, nec mutuis se
 fe moribus, quod alia rapaces faciunt, dilaniant. Immo relatū sibi à viris fide dignis, ac gra-
 uibus idem affirmat, has easdem aues Kretzet dictas, cum ex illis regionibus, vbi nidificare so-
 lent, afferuntur, aliquando quaternos, aut quinos, vehiculo cuiuspiam in eam rem parato simul
 30
 includi, atque efcam, quæ illis porrigitur, obseruato certo quodam senij, ordine solere capere:
 id autem ratione, an natura illis indita, an alia quapiam causa faciunt, incertum esse. Hoc præ-
 terea ipsi peculiare idem asserit, vt præter cæterarum rapacium morem, nunquam sese aqua
 abluant, sed sola arena instar pulueratricum, qua sese expurgēt, ac pediculos excutiant, vtan-
 tur. Quod à nostratibus diuersam speciem arguere vult Scaliger. Frigore tantopere gaudere,
 perpetuò, aut superglacie, aut lapide, marmoreuē aligdo stare gestiant. Qua vero ratione ve-
 nationem exercere soleant, quaque huic adhiberi, & ad eam institui, denique qua pasci, Alber-
 tus docet in hæc verba: Solus venatur, sed melius cum socio. In venatione diu persequitur præ-
 dam. Quare venator, vt eum assequatur, veloci equo indiget, necnon canibus velocibus, qui
 cum prædā deiicit, eam tollant. Præcipuè autem docendus est hic Falco, ne in aqua prædæ
 infideat, quia frequenter longius distat à Falconario, & lædi possit in aqua. Quamobrem non
 secundum longitudinem aquæ emittendus est ad prædā, sed tenendus, donec aues extra ti-
 49
 pam in aere appareant, & tunc Gyrofalconis metu ad aquam redire non audebit. Quod si
 a campo versus aquam emittantur, aues ad aquam fugient, ac vel euadent, vel si percussæ sua
 rint in aquam decident, Falco autem prædā sequens lædetur, vel mergetur. Et si euadit, red-
 detur tanquam timidior propter acceptam noxam. Pascendus est carne sanè delicata, & recent-
 ti, & quæ adhuc vitali calore caleat. Delicatā voco, quæ cordi propinquior est, tanquam
 magis elaboratam. (Nam & syluestres aues, seu rapaces pleræque de præda, quam ceperint,
 cor in primis edunt, deinde partes ei propinquas versus alam dextram, rarò versus sinistram.
 Præcipuè verò pasci debet Gyrofalco calidæ naturæ auib; vt Columbis, Palūbis, & simili-
 bus, ijsque recentibus. Nam omne genus Accipitrum, Falcones, Austures, Nisi, recentibus tan-
 tum aluntur, nec vnquam reuertuntur ad reliquias præde, dum sunt syluestres, neq; cadaueri-
 bus, vt Aquilæ, & Milui insident. Sed postquam semel de aliqua aue gustarint, illa deinceps
 relictā nouam semper prædā persequuntur. Maximè verò Gyrofalco recenti, & etiamnum
 50
 calenti carne delectatur. Quamobrem de præda prius incipit comedere, quā occiderit. Itaq;
 non laudo, quod nonnulli Gallinæ viuæ coxam, vel alam extrahunt, & rursus postridie de ea-
 dem Gallina partem alteram, Gyrofalconi in cibum exhibent. Procul dubio enim sic lanatū
 Gallinæ corpus, mox & calorem febrilem pati, & saniem incipit generare. Debet sanè peritus
 Falconarius naturam sequi, atq; ijs maximè, & talibus cibis, quibus, & qualibus syluestres ipsi
 pascuntur, Falcones nutrire.

*Peculiaris
 mos quos
 se purgent*

*Venatio-
 nis motus*

Cibus.

V S V S.

Vtilis est teste Tardiuo, ad omne genus venationis seu aucupij, sed magistram benignum, ac tædij patientem, manumq; gestantis placidam requirit ob ingenij ferociã, *Institutio* atq; inq; instructu difficilis, nec admodum docilis. Venit Giffalco ætænum rudis, neq; dū manufactus, plerunq; aureis quinquaginta. Tertiarij verò mares, & ipsi nō inutiles, aureis venduntur viginti, & pluri auctore a Carcano. Mirū verò videri potest, quod hic ex Oriente *Pretium.* eos adferri a mercatoribus afferit, nēpe Cypro Creta, & Aegypto. cū, vt antè diximus, alij alibi quā in plaga Aquilonari eos nasci ne gent. Maxima aurē horū pars a Gallis, quibus horū multus in venatione est vñus, vt etiam omnis generis rapacium, coemi quouis pretio soleant. *L. 1. c. 13*

DE FALCONE MONTANO. Cap. IV.



Montano propriè dicto Falconi ideo quartum inter Falcones locum dedimus, qđ strenuus admodum sit, & maximis tantū auib; capiendis intentus, paruas vērō tanquam se indignas negligat. Audax & bellicosus est, vt qui teste a Alberto, Aquilam aliquando inuadere, & occidere etiam visus sit vti suo loco historix exemplum fidem faciet. Plures aues eodem furoris impetu interficere, ei ludus est, & volupe. Verū cū ob nimiam feritatem, & iracundiam, ingeniumq; rude ac præfractū, institutu admodū difficilis sit, ideo cæteris præcedentibus postponitur, dignitatis ordine. *a Lib. 23. cap. 7.*

SYNONIMA.

Hic Falco, montanus dicitur, idq; per excellentiam. Quancūq; & Peregrinus quoq; & Gibbosus, & alij Falcones in montibus, montiumq; rupibus nidulentur. Fortasse qđ, quemadmodum illud hominum genus, quod montana incolit, agreste, & incultum, *Etyym. nominis.* ingenioq; magis, quā cæteri, truci sit; ita & hi Falcones naturā quā cæteri sint ferocioris ac truculētiore, magisq; indomiti Hos Itali Montanaros vocāt. Ad horū credo imitationē etiam *Montana.* Albertus Montanario Latine nominauit, Gallis vocantur Montagners. Germanis Birghalck, *Birghalck.*

DIFFERENTIA.

Falconum montanorum, hornotinorū præsertim, variæ sunt iuxta colores differentie, iuxta a Carcanum. Alij enim rubicundi, alij fului alij fusci toti, immò Coruorum instar *a L. 1. c. 7.* nigri, alij cineritij, alij denique colore eius Anseris feri, quem vulgò Balettam nominant, quique piscibus viciat.

FORMA.

Maxima horum Falconum pars statuta est, mediocri. Pauci admodū, magni reperiūtur, *Magnitudo.* exigui corporis permulti, & eius quidem nonnulli teretes, oblongalii. Albertus de montano Falconi crassitudinem ferē eandem, quæ Asturi est ascribit, sed illum corpore breuiorem facit. Pectus ei tribuit rotundum, ac figuram in pedes stanti pyramidalē, quæ *Crassities.* pyramidem, quam in dorso nonnihil compressam quispiam fingat, refert. Omnes penē caput *Pectus.* habent rotundū, vertice fastigiatum, ac nigrum, coronula quadam cinctum, cui in fronte nō longè a rostro plumulæ quædā exiles ac tenuissimæ, veluti capillares eminet, quæ quidē *Caput.* exiguo numero in fuscis seu nigris cōspiciuntur, aliquādo omnino nullæ. Rostri habent breue, ac crassum, nigrumq; narium foramina angusta, oculos, palpebrasq; similiter exiguas. Guttur *Rostrium.* candescit nonnihil ad sternum vsque, maculis conspersum maiusculis, pectus reliquum versus *Oculi.* inferiora notis quibusdam exornatum est, quæ ferrugineæ quandoq; nonnunquam rubæ, *Guttur.* aliquando nigricantes conspiciuntur, & aliis præterea minoribus notulis distinguūt. Quibusdam verò guttur & pectus nigris plumis vestitur. Femora interna nigrescunt. Dorsum *Femora.* alibi maiori ex parte plumis fuscis, eisq; minutis obteguuntur. Habent eorum aliqui post *Dorsum.* medium dorsum, lineas quædam albicantes, aut rubescentes, quæ deorsum vergunt. Alii etiā *purè*